



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Franciscus de Arcos n. 115

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Est (inquit) hæc Societas illa Prophetarum 1. Reg. 19. vbi ad solum ingressum omnes prophetant. Est Societas illa IESV Magni Sacerdotis Zachar. 3. Vbi omnes viros Societatis IESV, viros portendentes Angelus Domini prædicauit. Est denique Domus illa IESV, in qua Ioan. 1. à Baptista discipulis res grandes, & valde subtiles (Cyrillo teste) iudicabantur dignè edoceri, refert ergo filius Matrem, &c.

Est Societas
Prophetarum
& IESV
magni Sa-
cerdotis.
1. Reg. 19.
20.
Zach. 3. 8.
Ioan. 1. 38

114. * A FRAN. DE S. IULIANO, *Qui in Approbat. ad Librum Predicationis fructuose inscriptum, & à P. Hieronymo Contemte elaboratum, & typis editum Cesar august. an. 1652. In Societate (inquit) IESV virtus cum literis amico feedere coniunguntur: illa spiritu mundum ædificans, hæ ignorantias veræ sapientiæ oppositas, expellentes. Quod mysterium Euangelista Ioannes in Visione cap. 1. vers. 16. suæ Apocal. videtur prædixisse, cum IESVM vidit, & Gladium vtraque parte acutum de ore eius prodeuntem. Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Vbi sancti, & Euangelici Prædicatores signantur, secundum Gloss. Aretas, Primas. Ambros. & alios, qui diuinæ prædicationis gladio bicipite, iam vitia vitæ exemplo, iam sapientia ignorantia radicem præcidunt. Sed cum Gladius ille de IESV ore exire visus sit, mihi persuadeo, verè in illo Societatis filios designatos, qui sibi in Ecclesia vendicarunt hoc tam iustè meritum Prædicationis stemma. Hæc ille.*

Virtutem
cum literis
coniun-
gens.

Cuius filij
incipites
gladij ex
ore Domini
prodeuntes.
Apoc. 1. 16

Vitia ex-
emplo, sa-
pientia ig-
norantia
radicem
præcidunt.

115. * A FRAN. DE ARCOS *Regio Concionatore S. Officij Qualificatore, ac sacre Scripturæ Magistro in Vniuersit. Toletana, in Approbat. Tom. 1. de Sanct. Toletanis per P. Anton. de Quintanaduernas. Societas (inquit) Respublica est Sapientiæ adeo coniuncta, vt de ea dicere possimus (quod de Catholica dixit Lactantius lib. 6. q.) Non potest nec Religio à sapientia separari, nec sapientia à Religione secerni.*

Societas
Respublica
sapientia.